

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

5 Vtrum possit esse matrimonium inter christianu[m], & Iudæam  
baptizatam ab eo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

## QVODLIBET. VI. ARTIC. IIII. & V.

**D. 328.** diate continentis haberet, q̄ sit locus ex ordine ad primum continens, vnde accipitur idem locus fm eundem situm ad primum continens, & propter hoc locus est immobilis. Secundum ergo hāc opinionem, qua vera est, necessitas exequendi in loco conuenit corpori ex hoc, q̄ dependeret a primo continente, & propter hoc primum continens non est in loco nisi per accidens, & secundum partes, vt dī in 4. Physic. Angelus autem non dependet a primo continente, nec etiā corpus gloriosum, quod perficitur per aliam ex diuina fructuōne beatificatā, & ideo nulla necessitas est, q̄ corpus glorificatum, aut angelus ab aliquo locali corpore abiat: & propter hoc nihil prohibet corpus d̄ glorificatum, vel etiam angelum in conuexo cœli empyreī esse.

**TEx. 645.** **D. 339.** AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ verbum illud Ansel. intelligendum est in via affirmationis. Non n. possibile est, q̄ aliquid sit in nihilo tanq̄ in contine te: sed iste intellectus non facit ad propositum.

AD SECUNDVM dicendum, quod ratio ista procedit de corpore dependente a primo continente.

### QVÆSTIO III.

**D**E INDE quæsumus est de his quæ pertinent ad hominem.

- ¶ Et primò, De spiritualibus.
- ¶ Secundo, De corporalibus.
- ¶ Circa spiritualia quæsumus est.
- ¶ Primò, De sacramentis.
- ¶ Secundo, De virtutibus.
- ¶ Tertiò, De peccatis.

¶ Circa sacramenta quæsita sunt duo de baptismo.

- ¶ Primò, De necessitate baptismi. Vtrum scilicet puer qui nascitur in deserto, vbi nō potest aqua haberi, moriens sine baptismo saluari possit in fide matris fidelis.
- ¶ Secundò, De impedimentoo matrimonij, quod prouenit ex baptismo. Vtrum si Christianus qui baptizat Iudeam, cui primo dederat fidem de contrahendo si baptizareretur, cognoscens eam postea carnaliter consummet matrimonium.

### ARTICVLVS IV.

Vtrum puer in deserto natus, possit absque baptismo saluari in fide parentum.

**C**IRCA primum sic procedebatur. Videtur q̄ puer in deserto natus possit absque baptismo saluari in fide parentum. Non enim est minoris efficacie fides tempore gratia, quam tempore legis naturæ: sed tempore legis naturæ salubrantur pueri in fide parentum, vt Gregorius dicit. ergo etiam nunc tempore gratia.

¶ Præt. Per Christum non est arcta hominibus via salutis, cum ipse dicat Ioā. 10. Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant: sed ante Christi adventum salubrantur aliqui pueri in fide parentum. ergo multo magis nunc post Christiaduentū.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Ioān. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest intrare in regnum cœlorum.

RESPON. Dicendum, quod ab illa damnatione, quam humanum genus incurrit pg peccatum pri-

F mi parentis, nullis potest liberari, nisi per Christū, qui solus ab illa damnatione immunit inuenitur, ita scilicet ut ei incorporetur sicut capiti membrū, hoc autem tripliciter fieri potest. Primo quidem, per susceptionem baptismi, secundum illud ad Gal. 3. Omnes qui in Christo baptizati esis, Christum induisti. Secundo, per sanguinis effusionem propter Christum, quia per hoc etiam aliquis passioni Christi conformatur, a qua efficaciam fortuit baptismus. Vnde dicitur de martyribus Apoc. 7. glauertini stolas suas in sanguine agni. Tertio modo, per fidem & dilectionem, secundum illud Prov. 13. Per misericordiam, & fidem purgantur peccata, & Act. 15. dicitur Fide purificat corda eorum. Et per fidem Christus habitat in cordibus nostris, vt habeatur ad Eph. 3. Vnde & ipse baptismus dicitur fide sacramentum & secundum hoc dicitur esse triplices baptismus, scilicet aqua, spiritus, & sanguis, quia alia duo supplet vice in baptismi aqua, si ramē ad sit propositum suscipiendo talem baptismum, ita. ¶ articulus necessitatis, non autem cōtempsum religionis sacramentum excludat. Manifestum autem, q̄ pueri nonnulli habentibus vñm rationis, non potest esse motus fidei, & dilectionis, q̄ p̄ positum suscipiendo baptismum, & ideo non possunt saluari, nisi per baptismum aqua, q̄ p̄ baptismum sanguinis, si proper Christum occidentur, ex quo non solum Christiani, sed etiam manyes fiunt, vt August. dicit de Innocentibus. Etsi pater, q̄ ille puer in deserto moriens sine baptismo, idem non consequitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod fm quoq̄ tempore legis naturæ non sufficiebat ad salutem parvulorum solus motus fidei in parentibus, sed re quirebatur aliqua exterior protelatio fidei per ali quod sensibile signum. Et secundum hoc nihil differebat id, quod tunc requireretur ab eo, qd nunc requiritur ad salutem, nisi q̄ nunc illud signum sensibile est determinatum, tunc erat indeterminatum, & pro voto adhibebatur. Aliorum opinio est, q̄ filius interior motus fidei relatus ad salutem pueri sufficiebat ad salutem pueri, nec tñ nunc diminuta est fidei virtus, sed augmentatur gradus salutis, quia nunc qui saluantur per Christum, statim introducuntur in regnum cœlorum, quod tunc non erat; vñde nō est inconveniens si ad hoc amplius aliquid requiratur, scilicet baptismus, vt dicitur Ioān. 3.

AD SECUNDVM, dicendum, q̄ per Christum in hoc ipso est ampliata hominibus via salutis, q̄ nō per cum aperta est, cis ianua vita eterna, quæ ante clausa erat per peccatum primi parentis.

**A**RTICVLVS V.  
Vtrum possit esse matrimonium inter Christianum, & Iudeam baptizatam ab eo, quam &c.  
AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur q̄ non possit esse matrimonium inter Christianum, & Iudeam baptizatam ab eo, quam carnaliter cognovit post fidem de contrahendo datam. Dicitur enim in Decretis 30. q. 1. q̄ filius sacerdotis non potest ducere in uxorem puellam, quam pater eius baptizauit. ergo multo minus, si ipse met baptizat eam, non posset eam habere in uxorem, si ergo iste Christianus baptizauit Iudeam, nō potest eam in uxorem accipere.

SED CONTRA est, quia secundum iura, quando post fidē datam de contrahendo per verba de furo, sequitur copula carnalis, est matrimonium præsumptum

sumptum præsumptione juris, contra quam non A admittitur probatio: sed ita est in proposito. ergo est verum matrimonium.

**R E S P O N.** Dicendum, q[uod] spiritualis cognitio impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iacti contra factum. Manifestum est autem, q[uod] ex hoc, q[uod] Christianus baptizauit Iudæam, contrahit inter illos spiritualis cognitio, quia illa fit filia eius spiritualis, unde nullum est matrimonium sequens, etiam si expresse contrahiat per verba de præsenti, & etiam subsequatur carnalis copula.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam q[uod] dictum est de præsumptione iuris, intelligendū est quando non interuenit aliquod impedimentum matrimonij.

## Q V A E S T I O . I I I I .

**D**E INDE quæsitum est de virtutibus. ¶ Et primo quantum ad fidem, vtrum s[ic] certitudo adhesionis, qua sit in heretico, vel malo catholico, sit actus ipsius fidei virtutis.

¶ Secundo, De quibusdam pertinentibus ad religionem, sive ad latram.

¶ Tertio, De quibusdam pertinentibus ad charitatem.

## ARTICVLVS VI.

Vtrum certitudo adhesionis in heretico, vel malo catholico sit actus fidei virtutis.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur q[uod] certitudo adhesionis in heretico, vel malo catholico sit actus fidei virtutis: quia secundum Philof. z. Ethic. Tria sunt in anima: potentia, passio, & habitus: sed illa certitudo adhesionis non potest attribui potentia, quia est meritoria, vel demeritoria: potentia autem non meretur, neque demeretur: similiiter non potest pertinere ad passiones, q[uod] passiones pertinent ad appetitum sensituum, qui non potest extendi ad hoc, q[uod] inhercat veritati diuinæ. ergo relinquitur, q[uod] pertinet ad aliquem habitum: sed habitus ad quem pertinet certitudo adhesionis, est virtus fidei. ergo certitudo adhesionis in heretico, vel malo catholico est actus ipsius fidei.

¶ 1 Præt. Omne quod agit ad similitudinem aliquius, videtur agere in virtute illius: sed hereticus per certitudinem adhaerens his, que credit, agit secundum similitudinem fidei, cui intantum certitudinaliter inheret, in quantum estimat se recte fidem habere. ergo operatur in virtute fidei, & ita videtur, q[uod] illa certitudo adhesionis sit actus virtutis fidei.

¶ 2 Præt. Tora firmatis spiritualis ædificij est a fide, secundum illud Matth. 7. Venerunt fluminia, flaverunt yeti, & non potuerunt mouere ea. Faudata. erat supra firmata petram, scilicet supra fidem: sed certitudo adhesionis ad firmatum spirituale pertinet. ergo est actus virtutis fidei.

**S E D C O N T R A.** Quod non est, non potest agere: sed in heretico, vel malo Christiano non est virtus fidei. ergo certitudo adhesionis non potest in eis esse actus virtutis fidei.

**R E S P O N.** Dicendum, q[uod] si aliquis id, quod est commune multis, accipiat vt proprium vni, necesse est, q[uod] decipiat. Certitudo autem adhesionis non est propria virtutis fidei. Primo quidem, quia conuenit virtutibus intellectualibus, puta, sapientia, scientia, & intellectu. Secundo, quia conuenit non solum fidei vera, sed etiam falsa. Sicut enim est opinio vera, & falsa, ita &

fides, nec minus firmiter inheret alijs veritati, q[uod] falsitati, vt Philosopher dicit in 7. Ethic. Tertio, quia certitudo inhesionis non semper prouenit ex aliquo habitu: sed ex proprio arbitrio aliquis potest assensum suum firmare ad aliqd verum, vel falsum antequā habeant habitum. Quarto, quia certitudo inhesionis nō solum cōpetit fidei formate, quae est virtus, sed etiam fidei informi, quae non est virtus. ¶ Dicendum est ergo, q[uod] in heretico certitudo inhesionis est actus falsa fidei, in malo autem catholicō est actus fidei informis: & sic in neutro est actus virtutis fidei.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, q[uod] diuisio illa datur de his que sunt in anima q[uod] modum principij actus. Nā omnis operatio ait aut est ex aliqua passione, aut ex aliquo habitu, aut ex pura potentia, h[ab]et autem certitudo inhesionis non potest esse ex passione. In malo aut catholicō est ex habitu fidei informis: sed in heretico est vel ex habitu peruerso fidei, vel ex pura potentia, sicut in principio anteq[ue] habitum acquisuerit: non enim potest dici q[uod] peruersa fides sit habitus infusus. Quod autem dicitur q[uod] potentias non merentur, neq[ue] demerentur, si sic intelligatur, q[uod] non merentur, neq[ue] demerentur hoc ipso, q[uod] habemus potentias, verum est. Si autem sic intelligatur, q[uod] pura potentia non posset esse principium merendi, neq[ue] demerendi, verum est quantum ad meritum, quod non potest esse sine gratia. Non est autem verum quantum ad demeritum: alioquin ille qui a principio peccat, antequā acquirat habitum virtuosum, non demeretur.

**A**D SECUNDVM dicendum, q[uod] aliqd potest agere sicut similitudine alicuius dupliciter. Vno modo, sicut similitudine veram, & sic vere agit aliqualiter in virtute illius. Alio modo, sicut similitudine apparentē, & sic agit in apparentia virtutis illius, & ita est in proposito: vnde in heretico certitudo adhesionis est actus fidei apparentis, non autem fidei verae.

**D**AD TERTIVM dicendum, q[uod] sicut ex fide vera dependet firmitas spiritualis ædificij, ita etiam ex fide falsa procedit firmitas diabolici ædificij.

## Q V A E S T I O . V .

**D**E INDE quantum ad actus latram, sive religio. ¶ Primò, De celebratione festorū, vtrum scilicet licet celebrare festū conceptionis Dominae nostræ.

¶ Secundò, De solutione officiorum, vtrum sceleratus habens beneficium cum cura, vel sine cura exiſt[er] in scholis teneatur dicere officiū mortuorū.

¶ Tertiò, De collatione beneficiorum, vtrum scilicet episcopus teneatur dare beneficium meliori.

¶ Quartò, De solutione decimarum, vtrum scilicet pauper teneatur decimas dare diuiti sacerdoti.

## ARTICVLVS VII.

Vtrum licet celebrare conceptionem Dominae nostræ.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur q[uod] licet celeb[ra]re cōceptionem Dominae nostræ. Si non licet, hoc non est nisi quia fuit concepta in originali peccato: sed nō fuit cōcepta in originali peccato, vt videtur quia Beata Virgo facta est, vt speciali modo est habitaculum Dei. ergo debuit ad hoc specialiter præparari: nō autem præparata est specialiter